

# CICERO'S *IN CATILINAM* I- II & III 1-10:

---

*A NEW TRANSLATION WITH TEXT AND COMMENTARY*

By E. H. Campbell

INOPIBUS PRESS: MISSOULA, MT  
FIRST EDITION

© 2009, E. H. Campbell  
ALL RIGHTS RESERVED

## Table of Contents

I Oratio In Catilinam.....	4
II Oratio In Catilinam .....	35
III Oratio In Catilinam .....	64

## I Oratio In Catilinam

[1.1] *“Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora voltusque moverunt?<sup>1</sup> Patere tua consilia non sentis? Constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam no vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris,<sup>2</sup> ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?*

[1.1] “Tell me, Catiline, how long shall you abuse our patience? How long shall you mock us with your madness? To what end shall your unrestrained audacity toss itself about? Is the garrison of the Palatine nothing to you, the wakefulness of the city nothing, the meeting of all good men nothing, convening the Senate in this most fortified place nothing, nothing that the faces and expressions of these men are troubled? Do you not sense your plans lain bare? Do you not see your conspiracy held in chains by the things known to all these men? What you did last night, the night before last,<sup>3</sup> where you were, with whom you met, at what plan you arrived, who among us do you suppose to be ignorant?

---

<sup>1</sup> *Nihilne te nocturnum... nihil urbis... nihil timor... nihil concursus...nihil hic munitissimus... nihil horum ora voltusque moverunt* is Anaphora.

<sup>2</sup> *Quid proxima, quid superiore nocte egeris* is Zeugma. Thus *Quid proxima (nocte egeris) quid superiore nocte egeris* = ‘What you did last night, what you did the night before last.’

<sup>3</sup> ‘What you did last night, the night before last,’ by omitting the understood *nocte egeris* of the second clause is an example of Brachylogy.

[1.2] *“O tempora, o mores! Senatus haec intellegit, consul videt: hic tamen vivi. Vivit? Immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem, fortes viri, satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus. Ad mortem, Catiline, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem quam tu in nos machinaris.*

[1.2] “O the times, o the morals! The Senate knows these things, a Consul sees him, yet this man lives. He lives? On the contrary indeed, and in fact he still comes to the Senate, and, so it happens, takes part in public council, notes each and everyone of us with his gaze and marks us down for death. But we, brave men, on the other hand, seem to think for the Republic enough is done if we avoid this man’s sword and fury. Now it was right, Catiline, for you by a Consul long ago be led to your death, to upon you visit this plague which you against us for a long time have been plotting.

[1.3] *“An vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum, mediocriter labefactantem statum rei publicae, privatus interfecit: Catilinam, orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus? Nam illa nimis antequam praetereat, quod C. Servilius Ahala Sp. Maelium, novis rebus studentem, manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coercerent. Habemus senatus consultum in te, Catilina, vehemens et grave; non deest rei publicae consilium neque auctoritas huius ordinis: nos, nos, dico aperte, consules desumus.*

[1.3] “Or in fact didn’t a private person, Pontificus Maximus Publius Scipio, a most distinguished man, for moderately weaking the state of the Republic kill Tiberius Gracchus? Shall we consuls tolerate Catiline desiring to lay waste to the whole world by arson and murder? I pass over for now those very ancient things, the fact that Gaius Servius Ahala Spurius Maelius, being eager for new affairs, with his own hand murdered. Gone, gone in this Republic are those days when brave men sometimes a pernicious citizen restrained by a more severe punishment than the most ardent enemy. We have a decree against you Catiline, strong and grave, neither decree nor authority of the Republic is lacking; We, we I say openly, we Consuls are lacking.

[1.4] “*Decrevit quondam senatus, ut L. Opimus consul videret ne quid res publica detrimenti caperet:*<sup>4</sup> *nox nulla intercessit; interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus; occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus est permissa*<sup>5</sup> *res publica; num unum diem postea L. Saturninum tribunum pl. et C. Servilium praetorem mors ac rei publicae poena remorata est? At vero nos vicesimum iam diem patimur hebeschere aciem horum auctoritatis. Habemus enim huiusce modi senatus consultum, verum inclusum in tabulis, tamquam in vagina reconditum, quo ex senatus consulto confestim te interfectum esse, Catilina, convenit. Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, patres conscripti,*

---

<sup>4</sup> *Ne...detrimenti caperet* is a Subjective Genitive. Thus : ‘should be seized by no harm.’ Cf. Mountford 299, “Sometimes that relation is such that, if the other noun were converted into a verb, the noun in the genitive would become the subject of that verb.”

<sup>5</sup> *est permissa* is Anastrophe for *permissa est*.

*me esse clementem,<sup>6</sup> cupio in tantis rei publicae periculis me non dissolutum videri, sed iam me ipse inertiae nequitiae condemno.*

[1.4] “Once the Senate decreed that Lucius Opimus, Consul, should see that the Republic should suffer no harm. Not one night intervened, Gaius Gracchus was killed on account of suspicion of a certain sedition; from a most distinguished father, grandfather, and forefathers, Marcus Fulvius, ex-Consul, was killed along with his children. The Republic entrusted a similar decree of the Senate to the consuls Gaius Marius and Lucius Valerio: now did death or the penalty of the Republic linger one day for Lucius Saturninum, Tribune of the Plebs, and Gaius Servilius, Praetor? But indeed we permit already on the twentieth day the edge of this authority to grow blunt.<sup>7</sup> For indeed we have a decree of the Senate after this fashion, but in fact it has been locked up in the records just as a sword in a sheath, which, on account of decree by the Senate, Catiline should have come to be killed.<sup>8</sup> You live, and you live not towards laying aside your recklessness but towards strengthening it. I seek, Fathers of the Senate, myself to have been merciful, I seek not to be thought negligent in such great perils to the Republic, but now myself I do condemn for laziness and worthlessness.

[1.5] *Castra sunt in Italiae contra populum Romanum in Etruriae faucibus collocata, crescit in dies singulaos hostium numerus, eorum autem castrorum imperatorem ducemque hostium intra*

---

<sup>6</sup> *esse clementem* is Anastrophe for *clementem esse*.

<sup>7</sup> This is Metaphor.

<sup>8</sup> This is argument by Analogy.

*moenia atque adeo in senatu videtis intestinam aliquam cotidie perniciem rei publicae molientem. Si te iam, Catilina, comprehendi, si interfici iussero, credo, erit verendum mihi, ne non potius hoc omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factum esse dicat. Verum ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Tum denique interficere, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur.*

[1.5] The is in Italy a military camp in the gorges of Eturia deployed against the Roman people, the number of enemies grows every single day. You see, however, the commander and leader of this camp within the walls and indeed you see that someone in the Senate plotting the ruin of the Republic everyday. Now, Catiline, if I arrest you, if I should order you to be killed, I think it shall be venerable that all good men should say to me that this deed was to severe rather than anyone call it cruel. But there is infact a particular reason I was not yet induced to have done, such as I may do, that which long ago was proper to have been done. Finally then, you shall be killed when nobody so bad, so degenerate, so like you may be able to be found, who would not acknowledge that the that was done was not injustice.

*[1.6] Quam diu quisquam erit qui te defendere audeat, vives, et vives ita ut nunc vivis, multis meis et firmis praesidiis obsessus ne commovere te contra rem publicam possis. multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient. Etenim quid est, Catilina, quod iam amplius exspectes, si neque nox tenebris obscurare coetus*<sup>1</sup>



*nefarios nec privata domus parietibus continere voces coniurationis tuae potest, si inlustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam mentem, mihi crede, obliviscere caedis atque incendiorum. teneris undique; luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quae iam mecum licet recognoscas.*

[1.6] As long as there will be anyone who dares to defend you, you shall live, and you shall live just as you now live; closely watched by my many and strong guards, that you shall not be able to agitate against the Republic. You unawares, the eyes and ears of many shall be watching and spying, just as they have thus far done. As a matter of fact, why is there, Catiline, why now do you further await, if night for its gloom conceals not a criminal meeting, nor the walls of a home able to contain the voices of your conspiracy; if all is illuminated, if all permeates? Now the many things in that mind of yours to me entrust, let your many thoughts of murder and arson be forgotten! You are trapped on all sides, all your plans to us are as clear as the light of day, those of which you now may with me recall.

[1.7] *Meministine me ante diem XII Kalendas Novembris dicere in senatu fore in armis certo die, qui dies futurus esset ante diem VI Kal. Novembris, C. Manlium, audaciae satellitem atque administrum tuae? num me fefellit, Catilina, non modo res tanta tam atrox tamque incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum,<sup>9</sup> dies? dixi ego idem in senatu caedem te optimatum contulisse in ante diem V Kalendas Novembris, tum cum multi principes civitatis Roma non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt.*

---

<sup>9</sup> est admirandum is Anastrophe for admirandum est.

[1.7] Don't you remember it being said by me in the Senate, about the 21st of October,<sup>10</sup> that Gaius Manlius, your accomplice and assistant, would be in arms on a certain day which would be about the 27th of October?<sup>11</sup> Surely I was deceived, Catiline not only by the degree of savageness of such a great matter, indeed that which is truly incredible, much more to be wondered at is the day? Didn't I say in the Senate the same day that you planned the murder of the Optimates on the 28th of October,<sup>12</sup> at a time when many of the principal citizens of Rome had fled, not so much for saving themselves as for thwarting your plans.

[1.8] *Quid? cum te Praeneste Kalendis ipsis Novembribus occupaturum nocturno impetu esse<sup>13</sup> confideres, sensistin illam coloniam meo iussu meis praesidiis, custodiis, vigiliis esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod non ego non modo audiam, sed etiam videam planeque sentiam. IV. Recognosce tandem mecum noctem illam superiorem; iam intelleges multo me vigilare acrius ad salutem quam te ad perniciem rei publicae. Dico te priore nocte venisse inter falcarios--non agam obscure--in M. Laecae domum; convenisse eodem complures eiusdem amentiae scelerisque socios. Num negare audes? quid taces? Convincam, si negas. Video enim esse hic in senatu quosdam, qui tecum una fuerunt.*

[1.8] What? When you were confident that by night assault Praeneste would be occupied by you on the 1st of November; you began to realize that upon my orders that

<sup>10</sup> XII Kalendas Novembris = 31 + 2 - 21 = 21 = Oct. 21st.

<sup>11</sup> VI Kal. Novembris = 31 + 2 - 6 = Oct. 27th.

<sup>12</sup> V Kalendas Novembris = 31 + 2 - 5 = Oct. 28th.

<sup>13</sup> *impetus esse* is a Supine and a Dative of Reference.

colony was fortified by my guards and sentinels. Nothing you do, nothing you undertake, nothing you plan that I would not only hear but would indeed plainly see and observe. Recall with me please the night before last, you should realize my vigilance for the safety of the Republic was more keen than yours for its ruin. I say you, on that earlier night, entered among the Scythians; I should not be so vague, into the home of Marcus Laeca, met in this criminal folly with the same and, of his accomplices, several. Now do you dare deny it? Why are you silent? If you deny I shall refute. I see in fact, here in the Senate, certain men who were together with you.

*[1.9] O di immortales! ubinam gentium sumus? in qua urbe vivimus? quam rem publicam habemus? Hic, hic sunt in nostro numero, patres conscripti, in hoc orbis terrae sanctissimo gravissimoque consilio, qui de nostro omnium interitu, qui de huius urbis atque adeo de orbis terrarum exitio cogitent! Hos ego video consul et de re publica sententiam rogo et, quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero! Fuisti igitur apud Laecam illa nocte, Catilina, distribuisti partes Italiae, statuisti, quo quemque proficisci placeret, delegisti, quos Romae relinqueres, quos tecum educeres, descripsisti urbis partes ad incendia, confirmasti te ipsum iam esse exiturum, dixisti paulum tibi esse etiam nunc morae, quod ego viverem. Reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberarent et sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfekturos [esse] pollicerentur.*

By the Gods immortal, where on Earth are we? What Republic have we? In what city live we? Here, among our number, Patres Conscripi, in this land, in this most sacred

and most important council on Earth, are those who intend to destroy everything of ours, from this city and extends to the whole world. I the Consul see these men and ask for verdict from the Republic, and I do not by voice wound those whom ought to be slaughtered by the sword. As I was saying, you were that night, Catiline, at the house of Laeca; you determined where it would be best for each man to go; you chose whom in Rome you would leave behind; with you, who would be marching out; assigned the parts of the city to be burnt; confirmed that you yourself would very soon be departing; you said that as matters now stand for you, there was a little delay because I was still alive.<sup>14</sup> Two Roman knights were found who would free you from that very concern and they, that night, a little before dawn, in my own bed, promised to be my killers.

[1.10] *Haec ego omnia vixdum etiam coetu vestro dimisso comperi; domum meam maioribus praesidiis munivi atque firmavi, exclusi eos, quos tu ad me salutatum mane miseras, cum illi ipsi venissent, quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse praedixeram. Quae cum ita sint, Catilina, perge, quo coepisti, egredere aliquando ex urbe; patent portae; proficiscere. Nimium diu te imperatorem tua illa Manliana castra<sup>15</sup> desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos, si minus, quam plurimos; purga urbem. Magno me metu liberabis, dum modo inter me atque te murus intersit. Nobiscum versari iam diutius non potes; non feram, non patiar, non sinam.*

---

<sup>14</sup> You said, *dixisti*, as matters now stand, *nunc*, for you, *tibi*, there was, *esse*, a little, *paulum*, delay, *morae*, because, *quod*, I, *ego*, as yet, *etiam*, was living, *viverem*.

<sup>15</sup> *tua illa Manliana castra* is Synchysis for *tua Manliana...illa castra*. Cf. Greenough 598h.

[1.10] This meeting had scarcely been dismissed when all these things I learned; fortifying and protecting my home by an increased guard; when those same men, whom I had already mentioned to many important men, had come to me at that time, when I had earlier said they would be arriving; I shut out those whom you had sent to greet me in the early morning. With things being what they are, Catiline, continue what you began, leave the city; the gates are open, depart; you Manliuities in that camp long for you, a general; lead forth indeed all those men of yours, if not all then most, cleanse the city. You will have liberated me from a great fear only when between thee and me a wall divides; you cannot live with us any longer, I should not endure it, I shall not suffer it, I must not allow it.

[1.11] *Magna dis immortalibus habenda est atque huic ipsi Iovi Statori, antiquissimo custodi huius urbis, gratia, quod hanc tam taetram, tam horribilem tamque infestam<sup>16</sup> rei publicae pestem totiens iam effugimus. Non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae. Quamdiu mihi consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me praesidio, sed privata diligentia defendi. Cum proximis comitiis consularibus me consulem in campo et competitores tuos interficere voluisti, compressi conatus tuos nefarios amicorum praesidio et copiis nullo tumultu publice concitato; denique, quotienscumque me petisti, per me tibi obstiti, quamquam videbam perniciem meam cum magna calamitate rei publicae esse coniunctam.*

---

<sup>16</sup> *tam... tam... tamque* is Anaphora.

[1.11] One ought to have gratitude to the Gods immortal and especially to the most ancient guardian of the city, to this very God Jupiter Stator,<sup>17</sup> on account of the fact we have as yet escaped this plague so foul, so horrible, so dangerous to the Republic. The power to become dangerous to the highest welfare of the Republic must not be enclosed in one man. However long you lay in wait for me, Consul designate, Catiline, I defended myself not by public guard, but by private diligence. At the time of the consular elections last, you wanted to kill me and you competitors in the Campus Martius. I endeavored to suppress your criminal acts not by exciting a public commotion, but by the help and resources of my friends. In short, however often you attacked me, I opposed you myself, although my ruin I saw to be connected with a great calamity for the Republic.

[1.12] *Nunc iam aperte rem publicam universam petis, templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam [denique] totam ad exitium et vastitatem vocas. Quare, quoniam id, quod est primum, et quod huius imperii disciplinaeque maiorum proprium est, facere nondum audeo, faciam id, quod est ad severitatem lenius et ad communem salutem utilius. Nam si te interfici iussero, residebit in re publica reliqua coniuratorum manus; sin tu, quod te iam dudum hortor, exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et pernicioosa sentina rei publicae.*

---

<sup>17</sup> One ought to have, *habenda est*, great gratitude, *magna gratia*, to the Gods immortal, *dis immortalibus*, moreover, *atque*, to the most ancient guardian of this city, *antiquissimo custody huius urbis*, to this very God Jupiter Stator, *huic ipsi Iovi Statori*. *Magna gratia* as a f. nom. sing. is the Subject.

[1.12] Right now you are openly attacking the whole Republic, you call for the ruin and devastation of the temples of the Gods, the lives of the citizens, the whole of Italy. Still I dare not do the thing which I may do, seeing that it is most important to do, and from this office I may do and is appropriate to the teaching of our forefathers to do,<sup>18</sup> I shall in fact do that which is leaning toward subservience to the utility and safety of the community.<sup>19</sup> Now if I should order you killed, the rest of the band of conspirators shall remain in the Republic; if, on the other hand, you should do that which I urged you to do a little while ago and withdraw from the city, the Republic would be drained of the great and pernicious bilge water of you commanders.

[1.13] *Quid est, Catiline? Num dubitas id me imperante facere quod iam tua sponte faciebas? Exire ex urbe iubet consul hostem. Interrogas me, num in exilium? Non iubeo, sed, si me consulis, suadeo. Quid est enim, Catilina, quod te iam in hac urbe delectare possit? In qua nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum qui te non metuat, nemo qui non oderit.<sup>20</sup> Quae nota domesticae turpitudinis non iusta vitae tuae est? Quod privatarum rerum dedecus non haeret in fama? Quae libido ab oculis, quod facinus a manibus umquam tuis, quod*

---

<sup>18</sup> Not yet, *nondum*, dare I, *audeo*, do, *facere*, the thing which, *qua re*, I may do, *faciam*, seeing that it, *quoniam*, is the most important thing to do, *quod est primum facere*, and from this office I may do, *et quod huius imperi faciam*, and is appropriate to the teachings of our forefathers to do, *disciplinaeque maiorum proprium est*.

<sup>19</sup> *lenius est* = 'leaning toward.' *est ad severitatem lenius* is Parenthesis.

<sup>20</sup> The antecedent for *in qua* is *hac urbe*. Thus the city in which there is nobody, *nemo est*, outside your conspiracy of degenerate men, *extra istam coniurationem perditorum hominum*, who does not fear you, who does not hate, *qui non metuat...non oderit*.

*flagitium a toto corpore afuit? Cui tu adolescentualo quem corruptelarum inlecebris inretisses<sup>21</sup>  
non aut ad audaciam ferrum aut ad libidinem facem praetulisti?*

[1.13] What now, Catiline? Now do you hesitate to do by my command that which you were already willing to do? The consul orders the enemy to leave the city. You ask me, whether into exile? I do not order it, but, if you consult me, I recommend. For what is there in this city, Catiline, that will be able to delight you now? With respect to this, there is no one outside that conspiracy of hopeless men of yours who does not fear you, who does not hate. What mark of family disgrace is not branded upon your life? What shame of your private affairs does not remain fixed on your reputation? What lust from your eyes, what crime ever from your hands, what shame from your whole body never was? Before what young man, whom you have ensnared with the allurements of seduction, have you not either boldly carried a sword or a passionate flame?

[1.14] *Quid vero? nuper cum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuefecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? quod ego praetermitto et facile patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris inmanitas aut extitisse aut non vindicata esse videatur. Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnis inpendere tibi proxumis Idibus senties; ad illa venio, quae non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem sed ad summam rem publicam atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.*

---

<sup>21</sup> *inlecebris inretisses* is Enallage.



[1.14] Why recently in fact, with the murder of your previous wife you cleared a space for a new wife, and didn't you crown this crime with another incredible crime? Which I dismiss in advance and readily allow to remain unmentioned so that it not appear that in such a State such an enormous crime either existed nor was punished. I pass over the ruin of you fortunes which you shall feel looming over you on all the following Ides. I come to these things which are not pertinent to the private dishonor of your life, not pertinent to you domestic difficulties or deformities, but to things of the utmost importance to the Republic and to the health and welfare of us all.

[1.15] *Potestne tibi haec lux, Catilina, aut huius caeli spiritus esse iucundus, cum scias esse horum neminem, qui nesciat te pridie Kalendas Ianuarias Lepido et Tullo consulibus stetisse in comitio cum telo, manum consulum et principum civitatis interficiendorum causa paravisse, sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum sed fortunam populi Romani obstitisse? Ac iam illa omitto--neque enim sunt aut obscura aut non multa commissae postea-- quotiens tu me designatum, quotiens consulem interficere conatus es! quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione et, ut aiunt, corpore effugi! nihil agis, nihil adsequeris, nihil moliris neque tamen conari ac velle desistis.*

[1.15] Can this light, Catiline, or the breathing of this air to you be pleasant when you know there is no one who does not know that you in the consulship of Lepidus and Tullus, on the day before January, stood in the Comitium with a sword, had prepared a band for the purpose of murdering the Consuls and the leading men of the State? It

was not some forethought by you, or even your fear, which stood in the way of the crime, or, moreover, madness, but the Fortune of the Roman people. And these, furthermore, I omit for they are neither secret nor afterwards many more not committed—how many times did you endeavor to kill me as *Consultas Designatus*, how many times even as *Consul*! How many of your attacks have I avoided, the thrusts not seeming to be able to connect as they say I escaped by a certain little swerve of the body. You do nothing, you gain nothing, but all the same you do not stop wanting.

[1.16] *Quotiens tibi iam extorta est ista sica de manibus, quotiens [vero] excidit casu aliquo et elapsa est! [tamen ea carere diutius non potes] quae quidem quibus abs te initiata sacris ac devota sit, nescio, quod eam necesse putas esse in consulis corpore defigere. Nunc vero quae tua est ista vita? Sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericordia, quae tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum. Quis te ex hac tanta frequentia totque tuis amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis expectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt, quod omnes consulares, qui tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt, simul atque adsedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt, quo tandem animo [hoc] tibi ferundum putas?*

[1.16] Now, how many times was that dagger wrenched from you hands, how many times by some other cause it fell and was whisked away? To which indeed, to which rites was it initiated and bewitched that you think it necessary to drive it into the body

of a Consul I do not know. Now what truly is that life of tours? Thus now I shall indeed speak with you in such a way so as to appear to have been moved by the hatred which I owe, but also by the pity which to you is not owed. A little while ago you came before the Senate, out of this great crowd, out of your many friends and acquaintances, you were greeted by whom? If in human history to no one this ever befell; you wait for insult by voice when you should be overwhelmed by the serious verdict of silence? What about the Fac. that upon your arrival those seats were emptied, that all the ex-Consuls, who you very often appointed for death, also, at the same time, when you sat down, left that section of seats empty and lifeless, how at last do you think you ought to carry on with your soul?

[1.17] *Servi mehercule mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem; tu tibi urbem non arbitraris? et, si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem, carere me aspectu civium quam infestis omnium oculis conspici mallet; tu cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum et iam diu tibi debitum, dubitas, quorum mentes sensusque volneras, eorum aspectum praesentiamque vitare? Si te parentes timerent atque odissent tui neque eos ulla ratione placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes. Nunc te patria, quae communis est parens omnium nostrum, odit ac metuit et iam diu nihil te iudicat nisi de parricidio suo cogitare; huius tu neque auctoritatem verebere nec iudicium sequere nec vim pertimesces?*

[1.17] By Hercules, if my slaves should fear me in the way as all your citizens fear you I World consider leaving my home, don't you think you should leave the city?. If I should see that they, my fellow citizens, suspected me of a wrong so weighty and so offensive I would prefer not to look at my fellow citizens rather than to be noticed by the hostile eyes of them all. You, with your crimes, should recognize the justified hatred of all and what has indeed been long owed to you. Do you think to avoid being looked at and being in the presence of those whom you injure in heart and mind? If your parents feared and hated you, and were not in any respect able to reconcile with them, you would, I suppose, withdraw somewhere Hawaii from their sight, but as matters now stand your fatherland, which is mother of the community and of us all, hates and fears you, and long ago you you decided to ponder nothing except for their morder, should you become afraid of them, shall you not fear her authority, shall you not follow her judgements or her power?

[1.18] *Quae tecum, Catilina, sic agit et quodam modo tacita loquitur: "Nullum iam aliquot annis facinus exstitit nisi per te, nullum flagitium sine te; tibi uni multorum civium necesse, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera; tu non solum ad neglegendas leges et quaestiones, verum etiam ad evertendas perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli;<sup>22</sup> nunc vero me totam esse in metu propter unum te, quicquid increpauerit, Catilinam timeri, nullum videri contra me consilium iniri posse, quod a*

---

<sup>22</sup> Although, *quamquam*, those earlier crimes, *superiora illa*, were not, *non fuerunt*, tolerable, *ferenda*, I have never theless, as well as I was able, *tame nut potui tuli*, endured them, *ferenda*.

*tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quam ob rem discede atque hunc mihi timorem eripe; si est verus, ne opprimar, sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam."*

[1.18] Who with you, Catiline, she pleads thus; in a certain way silently, is speaking: "Already for several years not a crime arises except through you, without you there is no scandal; you alone with impunity and freedom killed many citizens; for you the harassment and plundering of the allies was free and unrestrained; you not only ignore the laws and the courts, but have succeeded in overturning and smashing them. Although those earlier crimes were not tolerable, I have, nevertheless, as well as I was able, endured them. Now, however, I have shrank all of me to be in fear because of someone like you. To be feared Catiline, to appear non-existent, to be able to plan against me, because a crime from you is not to be tolerated. Therefore from me depart and from me deliver this terror; if it is true, I may not be overcome, if, however, false, that I may finally abandon fear."

[1.19] *Haec si tecum, ita ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiamsi vim adhibere non possit? Quid, quod tu te ipse in custodiam dedisti, quod vitandae suspicionis causa ad M'. Lepidum te habitare velle dixisti? A quo non receptus etiam ad me venire ausus es atque, ut domi meae te adservarem, rogasti. Cum a me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse isdem parietibus tuto esse tecum, qui magno in periculo essem, quod isdem moenibus contineremur, ad Q. Metellum praetorem venisti. A quo repudiatus ad sodalem tuum, virum optimum, M. Metellum, demigrasti; quem tu videlicet et ad custodiendum diligentissimum et*

*ad suspicandum sagacissimum et ad vindicandum fortissimum fore putasti.<sup>23</sup> Sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis abesse debere, qui se ipse iam dignum custodia iudicarit!*

[1.19] If the Fatherland should speak about these things with you as I do, wouldn't it be owed [to you], if indeed it were unable [to persuade you] to use force? What of the fact that you gave yourself into custody for the reason of avoiding suspicion; you said you were willing to live with Manius Lepidus. When there not being received, you even attempted to come to *me* and asked if I would assist you with *my* home. When from me you suffered to be answered the same, on account of the fact that I would be in great danger because I would in no way be safe with you when confined by the same city walls, [I would in no way be safe with you] within the wall of the same home, to Praetor Quintus Metellus you went, by whom you were repudiated, you emigrated to your comrade Marcus Marcellus, an excellent man, whom evidently you thought would be both most diligent in guarding you, and most keen in suspecting you, and most forceful in punishing you. But how far from jail and chains does it appear to be for he who he himself already determined ought to depart for custody?

[1.20] *Quae cum ita sint, Catilina, dubitas, si emori aequo animo non potes, abire in aliquas terras et vitam istam multis suppliciis iustis debitisque ereptam fugae solitudinique mandare? "Refer" inquis "ad senatum"; id enim postulas et, si hic ordo [sibi] placere decreverit te ire in exilium, optemperaturum te esse dicis. Non referam, id quod abhorret a meis moribus, et tamen*

---

<sup>23</sup> *et ad custodiendum...et ad suspicandum...et ad vindicandum...is Polysyndeton.*

*faciam, ut intellegas, quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina, libera rem publicam metu, in exilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere. Quid est, Catilina? ecquid attendis, ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur, tacent. Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis?*

[1.20] Why not, Catiline, when things are such, do you hesitate, if you are not able to die with peace of mind, depart for another land and your life consign to loneliness and be rescued by flight from the many justified punishments which are owed to you. You say, “Refer it to the Senate? Indeed you demand that and if this arrangement is decided by them and it is agreed for you to go into exile you say yourself to be obedient. If, on the other hand, I should not refer it, because that is inconsistent with my customs and still I in such a way shall act that you shall know what about you these men feel. Leave the city, Catiline, free the Republic from fear, into exile, if this is the phrase you await, depart. What is it? Whatever do you await, do you notice whatsoever the silence of these men? They are clear, they are silent. Why do you await for their judgment to be spoken when you observe their wishes through their silence.

[1.21] *At si hoc idem huic adulescenti optimo, P. Sestio, si fortissimo viro, M. Marcello, dixissem, iam mihi consuli hoc ipso in templo iure optimo senatus vim et manus intulisset. De te autem, Catilina, cum quiescunt, probant, cum patiuntur, decernunt, cum tacent, clamant, neque hi solum, quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima, sed etiam illi equites Romani, honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives, qui circumstant senatum, quorum tu et*

*frequentiam videre et studia perspicere et voces paulo ante exaudire potuisti. Quorum ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo, eosdem facile adducam, ut te haec, quae vastare iam pridem studes, relinquentem usque ad portas prosequantur.*

[1.21] But if I should have said the same thing to that excellent young man Publius Sestius or to the valiant Marcus Marcellus, the Senate in this very temple would at once have most rightly introduced force and hand against me the Consul. With respect to you Catiline, however, with their silence they approve, with being tolerant they decree, with silence they applaud, not only those whose authority evidently is dear to you, lives most worthless, but those Roman knights, the most honorable and excellent men and other brave citizens who stand around the Senate, of those whom you both frequently see and are eager to observe and whose voices you were able to clearly discern. Already for this long I control with difficulty the sword and hands of them from you. I shall easily persuade the same to escort you all the way to the gates while leaving behind that which you are eager to destroy.

[1.22] *Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat, tu ut umquam te corrigas, tu ut ullam fugam meditare, tu ut ullum exilium cogites? Utinam tibi istam mentem di immortales duint! tametsi video, si mea voce perterritus ire in exilium animum induxeris quanta tempestas invidiae nobis, si minus in praesens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Sed est tanti, dum modo ista sit privata calamitas et a rei publicae periculis seiungatur. Sed tu ut vitiis tuis commoveare, ut legum poenas pertimescas, ut*



*temporibus rei publicae cedas, non est postulandum. Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor umquam a turpitudine aut metus a periculo aut ratio a furore revocarit.*

[22] Though why do I say this? As if anything would shatter the affair, as if you would ever straighten yourself out, as if you would be considering flight, as if you would ponder exile? If only the Gods immortal would put it into that head of yours! I think that even if my voice frightened you into exile, because of the remembrance of your crimes, if not in the present time but in the future, such a great storm of hatred would loom over us. But such as it is, provided that it would be your private disaster and the danger would be removed from the Republic. But that you could be displaced from you defects; that might be frightened by the penalties of law; that you would yield to the needs of the Republic; that is not being asked. No indeed, Catiline, you are he, such as you are neither shame from vice nor fear from danger, nor reason from rage controlled you.

[1.23] *Quam ob rem, ut saepe iam dixi, proficiscere ac, si mihi inimico, ut praedicas, tuo conflare vis invidiam, recta perge in exilium; vix feram sermones hominum, si id feceris, vix molem istius invidiae, si in exilium iussu consulis ieris, sustinebo. Sin autem servire meae laudi et gloriae mavis, egredere cum inportuna sceleratorum manu, confer te ad Manlium, concita perditos cives, secerne te a bonis, infer patriae bellum, exsulta impio latrocinio, ut a me non eiectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris.*

[1.23] Accordingly, as I have often said, depart, and if through you hatred you are so inflamed, proceed directly into exile. With difficulty I shall bear the gossip of men, if you should do that, I shall with difficulty sustain the burden of your hatred if you went into exile at a Consul's command, but if on the other hand you prefer to serve my praise and renown, depart with the ruthless criminals, take yourself to Manlius. Rouse the degenerate citizens, separate yourself from the good, bring war to the Fatherland, revel with the disloyal criminals so as you should appear to be ejected by me to the others, but invited to go on your own.

[1.24] *Quamquam quid ego te invitem, a quo iam sciam esse praemissos, qui tibi ad Forum Aurelium praestolarentur armati, cui iam sciam pactam et constitutam cum Manlio diem, a quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus confido perniciosam ac funestam futuram, cui domi tuae sacrarium [scelerum tuorum] constitutum fuit, sciam esse praemissam? Tu ut illa carere diutius possis, quam venerari ad caedem proficiscens solebas, a cuius altaribus saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti?*

[1.24] Why, on the other hand, should I encourage you, when I already know there are those who were sent on ahead, to wait under arms, to Forum Aurelium, to whom I know a pact was made; with Manlius the day arranged, to whom also the Silver Eagle, which I'm sure shall be ruinous and deadly to you and all your men, which was at your home set up as a profane shrine, was sent on ahead? Could you be without that any

longer, that to which you usually prayed to on your way to murder, from the altar of which your evil right hand bore citizens through to their death?

[1.25] *Ibis tandem aliquando, quo te iam pridem ista tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat; neque enim tibi haec res adfert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Numquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem nisi nefarium concupisti. Nactus es ex perditis atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis conflata inproborum manum.*

[1.25] You shall at long last go to that which your unbridled and frenzied lust long ago seized. And indeed this affair does not bring grief to you, but a certain incredible pleasure. It was for this madness that Nature bore you, you were trained, Fortune served. Never, not only in peace, but also in war, have you longer for anything except crime. You have happened upon those from the ruined, not only the fortunate but indeed truly hopeful derelicts, collected from all the shameful men, into this affair.

[1.26] *Hic tu qua laetitia perfruere, quibus gaudiis exultabis, quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam neque videbis! Ad huius vitae studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui, iacere humi non solum ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum, vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis otiosorum. Habes, ubi ostentes tuam illam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium, quibus te brevi tempore confectum esse senties.*

[1.26] You shall be so utterly overjoyed at this, you shall prance about in delight with them, you shall revel in pleasure to such an extent, for among your little number you shall neither see nor hear from any good man at all. Those practices of you which are always being talked about having been such good practice for a life such as this; lying on the ground looking for a rape and traveling to a crime; to stay awake by night, not only lying in wait for a married man, but for good citizens. You have the opportunity now whereby you may show your notorious endurance for hunger, cold, lack of everything, through which you shall soon become aware has been your destruction.

[1.27] *Tantum profeci tum, cum te a consulatu reppuli, ut exsul potius temptare quam consul vexare rem publicam posses, atque ut id, quod esset a te scelerate susceptum, latrocinium potius quam bellum nominaretur. Nunc, ut a me, patres conscripti, quandam prope iustam patriae querimoniam detester ac deprecere, percipite, quaeso, diligenter, quae dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Etenim, si mecum patria, quae mihi vita mea multo est carior, si cuncta Italia, si omnis res publica loquatur: "M.Tulli, quid agis? Tunc eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem expectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem coniurationis, evocatorem servorum et civium perditorum, exire patiere, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? Nonne hunc in vincla duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis?*

[1.27] I have accomplished this much: you were repulsed from the consulship, that you as an exile would be able to test the Republic rather than attack it as a Consul, and that

[2.20] *Tertium genus est aetate iam adfectum, sed tamen exercitatione robustum; quo ex genere iste est Manlius, cui nunc Catilina succedit. Hi sunt homines ex iis coloniis, quas Sulla constituit; quas ego universas civium esse optimorum et fortissimorum virorum sentio, sed tamen ii sunt coloni, qui se in insperatis ac repentinis pecuniis sumptuosius insolentiusque iactarunt. Hi dum aedificant tamquam beati, dum praediis lectis, familiis magnis, conviviis apparatus delectantur, in tantum aes alienum inciderunt, ut, si salvi esse velint, Sulla sit iis ab inferis excitandus; qui etiam non nullos agrestis homines tenues atque egentes in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt. Quos ego utrosque in eodem genere praedatorum direptorumque pono, sed eos hoc moneo, desinant furere ac proscriptiones et dictaturas cogitare. Tantus enim illorum temporum dolor inustus est civitati, ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passurae esse videantur.*

[2.20] The third class is of those already along in years, but through exercise are still robust; who are from the genre of Manlius and now go over to Catiline. These are the

men from those colonies which Sulla founded; who, out of all the citizens, think they are the best and most brave men, but are, nevertheless, from the colonies who were themselves hurled into sudden and unexpected lavishness and unusual wealth. While those men built as if they were rich, amusing themselves with elite guards, large families, grand banquets, fell into such debt that, if they wished to be saved, Sulla himself would have to arise from the dead: and who have in fact persuaded some boorish men, plain and poor, to hope for the same pillage of the past. Both of whom I put into the same genre as the predators and plunderers; but to them this I advise: let them abandon their crazy thinking about proscriptions and dictatorships, for, as a matter of fact, the anguish of the state from the injury of those times is so great that not only men but even animals would appear to suffer from it.

[2.21] *Quartum genus est sane varium et mixtum et turbulentum; qui iam pridem premuntur, qui numquam emergunt, qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam sumptibus in vetere aere alieno vacillant, qui vadimoniis, iudiciis, proscriptione bonorum defetigati permulti et ex urbe et ex agris se in illa castra conferre dicuntur. Hosce ego non tam milites acris quam infitiores lentos esse arbitror. Qui homines quam primum, si stare non possunt, corruant sed ita, ut non modo civitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant. Nam illud non intellego, quam ob rem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint, aut cur minore dolore perituros se cum multis quam si soli pereant, arbitrentur.*

[2.21] And, besides that, partly due to lavishness, they stagger under the weight of old debts, being worn down by summonses, judgements, and proscriptions; and are said to be gathering themselves together from the city and the country into that camp. I reckon these men to be not so much eager soldiers, but, instead, reluctant defaulters. Men who, if they cannot stand, should fall as soon as possible, but in such a way that not only the State but indeed the neighbor should not even hear. On the other hand, I don't understand for what reason if they cannot live honestly they would prefer to die disgracefully, or why they themselves think being dead with the many less painful than if they should die alone.

[2.22] *Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinerosorum. Quos ego a Catilina non revoco; nam neque ab eo divelli possunt et pereant sane in latrocinio quoniam sunt ita multi, ut eos carcer capere non possit. Postremum autem genus est non solum numero verum etiam genere ipso atque vita, quod proprium Catilinae est, de eius dilectu, immo vero de complexu eius ac sinu; quos pexo capillo nitidos aut inberbis aut bene barbatos videtis, manicatis et talaribus tunicis velis amictos, non togis; quorum omnis industria vitae et vigilandi labor in antelucanis cenis expromitur.*

[2.22] The fifth class is of the parricides, assassins, and, in short, every kind of criminal. Those who don't return from Catiline, for in fact they couldn't be torn away from him, and should, of course, perish in piracy, seeing that there are so many of them that the prison couldn't hold them. The last class, however, is not only a great number, but also



is truly of the same genre; from the same men and life because they are Catiline's very own, his chosen ones, yes in fact from is beloved and intimate friends. Whom you see greased with combed hair, full bearded men with beardless boys, with long-sleeved and ankle length tunics, awnings not togas; all the waking hours of their lives being dedicated to banquets till dawn.

[2.23] *In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri inpudicique versantur. Hi pueri tam lepidi ac delicati non solum amare et amari neque saltare et cantare, sed etiam sicas vibrare et spargere venena didicerunt. Qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiamsi Catilina perierit, scitote hoc in re publica seminarium Catilinarum futurum. Verum tamen quid sibi isti miseri volunt? num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? Quem ad modum autem illis carere poterunt, his praesertim iam noctibus? Quo autem pacto illi Appenninum atque illas pruinas ac nives perferent? nisi idcirco se facilius hiemem toleraturos putant, quod nudi in conviviis saltare didicerunt.*

[2.23] In this crowd is all the gamblers, all the adulterers, everyone involved in the filthy and the lewd. These boys being so dainty and effeminate they have learned not only to love and be loved, nor to dance and sing, but to brandish daggers and sow poison! Who, unless they leave, unless they die, and even if Catiline *were* dead, know this: with in the Republic will be a spawning ground for Catilines. What all the same do these miserable ones want for themselves? Surely they won't be taking their bitches to the camp with them? But how could they do without them, especially on nights like *these*?

But how will they endure the frosts and the snows of the Apennines, unless they think enduring the winter will be easy for them because they learned to dance at banquets?

[2.24] *O bellum magno opere pertimescendum, cum hanc sit habiturus Catilina scortorum cohortem praetoriam! Instruite nunc, Quirites, contra has tam praeclaras Catilinae copias vestra praesidia vestrosque exercitus. Et primum gladiatori illi confecto et saucio consules imperatoresque vestros opponite; deinde contra illam naufragorum eiectam ac debilitatam manum florem totius Italiae ac robur educite. Iam vero urbes coloniarum ac municipiorum respondebunt Catilinae tumultis silvestribus. Neque ego ceteras copias, ornamenta, praesidia vestra cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo.*

[2.24] O' what a grand and terrifying war it will be when Catiline has this ever-so-special praetorian cohort.<sup>33</sup> Now, Quirites, deploy your guards and your army against Catiline's forces manifest! And pit your Consuls and generals against the leader of the gladiators, and lead forth therefrom against them that waifs in their sloppy lame grasp for the blossom and power of the whole of Italy. Now let the towns and colonies of Italy answer to Catiline's wooded hills. I am not obliged to compare all of your other troops, your equipment, and your defenders with his powerless band of needy bandits.

[2.25] *Sed si omissis his rebus, quibus nos suppeditamur, eget ille, senatu, equitibus Romanis, urbe, aerario, vectigalibus, cuncta Italia, provinciis omnibus, exteris nationibus, si his rebus omissis causas ipsas, quae inter se confligunt, contendere velimus, ex eo ipso, quam valde illi*

---

<sup>33</sup> This is Irony.

*iaceant, intellegere possumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitude; hinc continentia, illinc libido; denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate, cum vitiis omnibus; postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. In eius modi certamine ac proelio nonne, si hominum studia deficient, di ipsi immortales cogant ab his praeclarissimis virtutibus tot et tanta vitia superari?*

[2.25] But if these things with which we are supplied, and Catiline lacks, were omitted, the Senate, the Roman knights, the city, the treasury, the whole of Italy, all the provinces, and the foreign nations, if these things are ignored, and we are willing to compare those men who among themselves clash, we can understand from that alone how utterly powerless they are. For in fact from this side fights decency, on that petulance, hence modest, thence disgrace, hence fidelity, thence decite, hence piety, thence crime, hence constancy, thence madness, hence honesty, thence turpitude, hence continence, thence libido, and, finally, hence equality, temperence, fortitude, prudence, all virtues is contending with inequality, luxury, laziness, foolishness, against all vices. In a word, abundance fight poverty, good reason with the reckless, sound mind with madness, and finally good wishes with everything bad. In a contest and battle of this kind a

man's spirit shal fail him; wouldn't the Gods immortal themselves overwhelm such vice with these sterling virtues?

[2.26] *Quae cum ita sint, Quirites, vos, quem ad modum iam antea dixi, vestra tecta vigiliis custodiisque defendite; mihi, ut urbi sine vestro motu ac sine ullo tumultu satis esset praesidii, consultum atque provisum est. Coloni omnes municipesque vestri certiores a me facti de hac nocturna excursione Catilinae facile urbes suas finesque defendent; gladiatores, quam sibi ille manum certissimam fore putavit, quamquam animo meliore sunt quam pars patriciorum, potestate tamen nostra continebuntur. Q. Metellus, quem ego hoc prospiciens in agrum Gallicum Picenumque praemisi, aut opprimet hominem aut eius omnis motus conatusque prohibebit. Reliquis autem de rebus constituendis maturandis, agendis iam ad senatum referemus, quem vocari videtis.*

[2.26] With things such as they are, Quirites, I say to you what I have already said before, defend yourselves with sentinels and guards; for my part the city, without tumult or causing alarm, was sufficiently guarded and looked out for. Your colonies and cities, through me, have been informed about Catiline's night excursion and shal easily defend their cities and borders. The gladiators, whom he thought would be his most sure men, although they are more spirited than those of the patricians, shall, nevertheless, be repressed by our forces. Forseeing this, I sent word into the field at Gallicia and Picenum, to Quintus Metellus, who will either crush he man or will prevent any of his movements or attempts. With respect to other matters we shall refer

to the Senate, whom you see I have called together for matters to be organized, ripened and carried out.

[2.27] *Nunc illos, qui in urbe remanserunt, atque adeo qui contra urbis salutem omniumque vestrum in urbe a Catilina relictī sunt, quamquam sunt hostes, tamen, quia [nati] sunt cives, monitos etiam atque etiam volo. Mea lenitas adhuc si cui solutior visa est, hoc expectavit, ut id, quod latebat, erumperet. Quod reliquum est, iam non possum oblivisci meam hanc esse patriam, me horum esse consulem, mihi aut cum his vivendum aut pro his esse moriendum. Nullus est portis custos, nullus insidiator viae; si qui exire volunt, conivere possum; qui vero se in urbe commoverit, cuius ego non modo factum, sed inceptum ullum conatumve contra patriam deprehendero, sentiet in hac urbe esse consules vigilantis, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt.*

[2.27] Now those who have remained in the city, left behind by Catiline, to move against the city and all of you, I proceed with greetings, and again and again with warnings that although they are citizens they are still enemies. My leniency up until now, if it was viewed as being too liberal, it was to be expected, so as what was hidden would be revealed. That matter being left behind, I cannot now forget that this is my fatherland, that I am the Consul over these men, that either I shall live with them, or die for them. There is no guard at the gates, no ambush on the road; if they want to depart, I can overlook it. But should in fact any one of them disturb the city by either an

attempt or any deed, I shall discover it. He shall find there to be in this city Consuls vigilant, there to be distinguished magistrates, there to be a resolute Senate, there to be arems, there to be a prison which punishes nefarious and manifest criminals as our forefathers wanted.

*[2.28] Atque haec omnia sic agentur, Quirites, ut maxumae res minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum ac domesticum post hominum memoriam crudelissimum et maximum me uno togato duce et imperatore sedetur. Quod ego sic administrabo, Quirites, ut, si ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac urbe poenam sui sceleris sufferat. Sed si vis manifestae audaciae, si inpendens patriae periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerit, illud profecto perficiam, quod in tanto et tam insidioso bello vix optandum videtur, ut neque bonus quisquam intereat paucorumque poena vos omnes salvi esse possitis.*

[2.28] And all these things shall thus be done in such a way that a major deal with the minimal disturbance, that the greatest threat without tulmut, war, intestinal or domestic, the thought of a most cruel man shall be quashed by me, a single togaed leader and commander, because I shall thus rule, Quirites, in such a way that if it should happen to arise, not even a single criminal in this city will have been endured without the punishment for his crime. But if the hostile forces manifest their audacity, if danger is threatening the fatherland, I may find it necessary to diminish my spirit of clemency. I will certainly see to it that, in such a great and such an insidious war, that

to me appears most difficult, no good man should gaze upon and the punishment of the few can save us all.

[2.29] *Quae quidem ego neque mea prudentia neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites, sed multis et non dubiis deorum immortalium significationibus, quibus ego ducibus in hanc spem sententiamque sum ingressus; qui iam non procul, ut quondam Solebant, ab externo hoste atque longinquo, sed hic praesentes suo numine atque auxilio sua templa atque urbis tecta defendunt. Quos vos, Quirites, precari, venerari, implorare debetis,<sup>34</sup> ut, quam urbem pulcherrimam florentissimamque esse voluerunt, hanc omnibus hostium copiis terra marique superatis a perditissimorum civium nefario scelere defendant. Nulla iam perniciēs a monstro illo atque prodigio moenibus ipsis intra moena comparabitur...Palam iam cum hoste nullo impediēte bellum iustum geremus.*

[2.29] Which I in fact confidently promise to you neither my discretion nor human council, Quirites, but many and indubitable signs of the Gods immortal, by whose guidance I have entered upon this hope and this path; who no longer from afar, as they were once in the habit of doing, from a foreign and distant enemy, but shall defend their temples and the homes of this city with their divine will and help. Whom you ought to entreat, venerate, and implore in such a way that they have wished this city to be the most beautiful, most flourishing, and most powerful; that they may defend us

---

<sup>34</sup> *precari, venerari, implorare debetis* is *Asyndeton*.

from all enemy forces, by vanquishing them on land and sea and from a nefarious crime by the most pernicious citizens. (End *In Catilinam Secunda*)

### III Oratio In Catilinam

[3.1] *Rem publicam, Quirites, vitamque omnium vestrum bona, fortunas, coniuges liberosque vestros atque hoc domicilium clarissimi imperi, fortunatissimam pulcherrimamque urbem, hodierno die deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculis meis e flamma atque ferro ac paene ex faucibus fati ereptam et vobis conservatam ac restitutam videtis.*

You see today, Quirites, by the utmost love of the Gods immortal, by the labors, plans, and risks mine own, your Republic and your life, and all your good things, your fortunes, your wives and children, and this domicile of this most illustrious empire, this most fortunate and beautiful city, have been snatched from flame and sword, and nearly the jaws of fate, and for you saved and to you restored.<sup>35</sup>

[3.2] *Et si non minus nobis iucundi atque inlustres sunt ei dies, quibus conservamur, quam illi quibus nascimur, quod salutis certa laetitia est,<sup>36</sup> nascendi<sup>37</sup> incerta condicio et quod sine sensu nascimur, cum voluptate<sup>38</sup> servamur,<sup>39</sup> profecto, quoniam illum qui hanc urbem condidit ad deos*

---

<sup>35</sup> *hoc domicilium* is a neut. acc. sing.; *clarissumi imperii* is a neut. gen. sing.; *conservatam ac restitutam videtis*, *conservatam* is a fem. acc. sing. perf. pass. part. of *conserve*; *restitutam* is likewise a fem. acc. sing. perf. pass. part. of *restituo*; *ereptam* is also the fem. acc. sing. perf. pass. part. of *eripio*.

<sup>36</sup> *salustis* is fem. gen. sing. *cetra laetitia* is fem. nom. sing. Thus 'joy of being safe and sound is certain.' This is *Synchysis*, or interlocking order of words.

<sup>37</sup> masc. nom. pl. pres. pass. gerundive of *nascor*.

<sup>38</sup> fem. abl. sing. of *voluptas*.



*immortalis benivolentia famaue sustulimus, esse apud vos posterosque vestros in honore debet is qui eandem hanc urbem conditam<sup>40</sup> amplificatamque<sup>41</sup> servavit. Nam toti urbi, templis, delubris, tectis ac moenibus subiectos prope iam ignis circumdatosque restinximus, idemque gladios in rem publicam destrictos rettudimus mucronesque eorum a iugulis vestris deiecimus.*

And if those days upon which we are saved are no less pleasant and noble to us than those upon which we are born,<sup>42</sup> because the joy of being safe and sound is certain, being born a position uncertain, and because we are born without feeling it, we are saved with delight, indeed seeing that he who founded this city, and to the Gods immortal with benevolence and glory we have exalted,<sup>43</sup> he who served this very city, which has been founded and expanded, ought to be honored by you and your posterity, and we have turned those same swords drawn against the Republic and their sword points at your throats we have thrown down.<sup>44</sup>

*[3.3] Quae quoniam in senatu inlustrata, patefacta, comperta sunt<sup>45</sup> per me, vobis iam exponam<sup>46</sup> breviter ut et quanta et quam manifesta et qua ratione investigata et comprehensa sint vos qui et ignoratis et expectatis scire possitis. Principio, ut Catilina paucis ante diebus erupit ex urbe,*

<sup>39</sup> 1st pl. pres. pass. ind. of *servo*.

<sup>40</sup> fem. acc. sing. perf. pass. part. of *condo*, to found.

<sup>41</sup> fem. acc. sing. perf. pass. part. of *amplifico*, enlrg, extend, expand.

<sup>42</sup> And if, *Et si*, those days, *ei dies*, on which, *quibus*, we are saved, *conservamur*, are, *sunt*, no less, *non minus*, delightful and distinguished, *iucundi atque inlustres*, for us, *nobis*, than those, *quam illi*, on which, *quibus*, we are born, *nascimur*

<sup>43</sup> *benivolentia famaue* is fem. abl. sing. Thus, to the Gods immortal, *ad deos immortalis*, with benevolence and glory, *benivolentia famaue*, we have exalted, *sustulimus*.

<sup>44</sup> And we have turned, *rettudimus*, those same swords drawn, *idemque gladios...destrictos*, against the Republic, *in rem publicam*. This is *Synchysis*.

<sup>45</sup> *inlustrata, patefacta, comperta sunt* is *Asyndeton*, or the omission of a conjunction.

<sup>46</sup> 1st sing. fut. act. ind. of *expono*, explain.

*cum sceleris sui socios<sup>47</sup> huiusce nefarii belli<sup>48</sup> acerrimos duces Romae reliquisset, semper vigilavi et providi, Quirites, quem ad modum in tantis et tam absconditis insidiis salvi esse possemus. Nam tum, cum ex urbe Catilinam eiciebam—non enim iam vereor huius verbi invidiam, cum illa magis sit tiuenda, quod vivus exierit—sed tum, cum illum exterminari<sup>49</sup> volebam, aut reliquam coniuratorum manum simul exituram<sup>50</sup> aut eos, qui restitissent,<sup>51</sup> infirmos sine illo ac debiles fore putabam.*

Seeing that such things were by me illuminated, exposed, and made known in the Senate; to you I will now briefly explain how, both to what degree and to what extent, both by what means they were investigated and were apprehended, that you might be able to learn that which you are both ignorant and expectant.<sup>52</sup> At first, after Catiline left the city a few days ago with his accomplices in crime, the most dangerous leaders were left behind in Rome, I was always watching and discerned, Quirites, how we might be able to be safe in such great and so carefully concealed treachery. For then when I cast Catiline out of the city—for I do not fear the odium of that word<sup>53</sup> when the fact that he left alive should be more feared—but then, when I wanted to expel him I

---

<sup>47</sup> *cum sceleris sui socios* = with his accomplices in crime.

<sup>48</sup> *huiusce nefarii belli* is neut. gen. sing. = this nefarious war.

<sup>49</sup> pres. pass. inf. of *extermino*, to expel.

<sup>50</sup> fem. acc. sing. fut. act. part. of *exeo*, to go out, go forth, go away, depart, withdraw, retire.

<sup>51</sup> 3rd pl. pluperf. subj. act. of *resto*, to be left, remain.

<sup>52</sup> Seeing that such things, *Quae quoniam*, by me, *per me*, in the Senate, *in senatu*, were, *sunt*, illuminated, exposed, and made known, *inlustrata, patefacta, comperta*, to you I shall briefly explain, Quirites, *vobis iam exponam breviter* Quirites, how, *ut*, both to what extent and to what degree,, *et quanta et quam manifesta*, both by what means they were was investigated and were apprehended, *et qua ratione investigata et comprehensa sint*, that you shall be able to learn, *scire possitis*, that which you are, *vos qui*, both ignorant and expectant, *et ignoratis et expectatis*.

<sup>53</sup> *ecicio*, to cast out.

thought either the rest of the conspirators would depart at the same time or those who had remained would be weak and debilitated without him.

[3.4] *Atque ego, ut vidi, quos maximo furore et scelere esse inflammatos sciebam, eos nobiscum esse et Romae remansisse, in eo omnis dies noctesque consumpsi ut quid agerent, quid molirentur sentirem ac viderem, ut, quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehenderem ut tum demum animis salutis vestrae provideretis cum oculis maleficio ipsum videretis. Itaque ut comperi legatos Allobrogum belli<sup>54</sup> Transalpini et tumultus<sup>55</sup> Gallici excitandi<sup>56</sup> causa a P. Lentulo esse sollicitatos,<sup>57</sup> eosque in Galliam ad suos civis eodemque itinere cum litteris mandatisque ad Catilinam esse missos,<sup>58</sup> comitemque eis adiunctum esse<sup>59</sup> T. Volturcium, atque huic esse ad Catilinam datas<sup>60</sup> litteras, facultatem mihi oblatam<sup>61</sup> putavi ut, quod erat difficillimum quodque ego semper optabam ab dis immortalibus, tota res non solum a me, sed etiam a senatu et a vobis manifesto deprehenderetur.<sup>62</sup>*

And so when I saw those who were most inflamed with furor and wickedness and came to know they were with us and remained in Rome, I consumed each and every

---

<sup>54</sup> neut. gen. sing. of *bellum*.

<sup>55</sup> masc. gen. sing. of *tumultus*.

<sup>56</sup> masc. nom. pl. pres. pass. gerundive of *excito* = 'were being roused.'

<sup>57</sup> masc. acc. pl. perf. pass. part. of *sollicito* = 'were being agitated.'

<sup>58</sup> *esses missos* is *Anastrophe*, or the inversion of the natural order of words.

<sup>59</sup> masc. acc. sing. perf. pass. part. of *adiungo*, the command which is put upon him, charged with; to join, add to.

<sup>60</sup> *esse...datas* is fem. acc. pl. perf. pass. part. of *do*, to had over, deliver, render, furnish, pay; give. *esse ad Catilinam datas* is both *Anastrophe* and *Synchysis*.

<sup>61</sup> fem. acc. sing. perf. pass. part. of *offertory*, an offerer, an offering.

<sup>62</sup> 3rd sing. imperf. pass. subj. of *deprehendo*, to take away, seize upon, catch, snatch; detect, find out, discover.

day and night in such a way so as to observe what they were doing and to learn their plans, in such a way seeing that my speech would make a minor impression of your ears on account of the incredible magnitude of the crime in a manner that I would understand the affair in such a way that when you saw the crime itself with your own eyes, then you would look after your safety from reason at last. And therefore when I found the Ambassadors of the Allobroges were being roused to a Transalpine war and agitated to tumult in Gaul by inducement of Publius Lentulus<sup>63</sup> and they, on the way to Gaul, were sent with letters for their government and, along the way, messages to Catiline.<sup>64</sup> And Titus Vulturcius was added to them as a companion, and to him were given letters for Catiline, in such a way I thought an opportunity had been presented to me, that which was a difficult thing and that which I always wanted from the Gods immortal, the whole affair would be manifestly detected not only by me but indeed by the Senate and by you.

[3.5] *Itaque hesterno die L. Flaccum et C. Pomptinum praetores, fortissimos atque amantissimos rei publicae viros, ad me vocavi, rem exposui, quid fieri<sup>65</sup> placeret ostendi.<sup>66</sup> Illi autem, qui omnia de re publica praeclara atque egregia sentirent, sine recusatione ac sine ulla mora negotium*

---

<sup>63</sup> *belli Transalpini...[esse] excitandi*, were being roused for Transalpine war, *et tumultus Gallici...esse sollicitatos*, and were being agitated for tumult in Gaul, *causa a P. Lentulo*, by an inducement of Publius Lentulus.

<sup>64</sup> And they, *eosque*, on the way to Gaul, *in Galliam...[itinere]*, were sent, *esse missos*, with letters, *cum litteris*, for their government, *ad suos civis*, and on the same way, *eodemque itinere*, messages to Catiline, *mandatisque ad Catilinam*.

<sup>65</sup> pres. pass. inf. of *fio*, made, done.

<sup>66</sup> pres. pass. inf. of *ostendo*, show, display, exhibit; indicate by speech or a sign.

*susceperunt et, cum advesperasceret,<sup>67</sup> occulte<sup>68</sup> ad pontem Mulvium pervenerunt atque ibi in proximis villis ita bipertito fuerunt ut Tiberis inter eos et pons interesset. Eodem autem et ipsi sine cuiusquam suspicione multos fortis viros eduxerant, et ego ex praefectura Reatina compluris delectos adolescentis quorum opera utor adsidue in rei publicae praesidio cum gladiis miseram.<sup>69</sup>*

Therefore, yesterday I summoned to me Lucius Flaccus and Gnaeus Pomtinus, praetors, men most brave and benevolent to the Republic, I explained the matter, what was to be done was assented to by a sign;<sup>70</sup> they, on the otherhand, who felt noble and honorable sentiments for the Republic, without hesitation and without any delay, undertook the business, when evening came, having been hidden, they came to the Mulvian bridge, and there, in the areas near the villas, they were divided into two parts so that the Tiber and the bridge lie between them. But to the same place, and without anyone suspecting, they took many brave men and I sent several hand-picked young men out of the praefectura of the Reate,<sup>71</sup> the service of whom I constantly use for the protection of the Republic, armed with swords.

---

<sup>67</sup> 3rd sing. imperf. act. subj. of *advesperascit*, coming of evening, twilight.

<sup>68</sup> neut. sing. perf. pass. part. of *occulto*, to be secret, concealed or hidden.

<sup>69</sup> 1st sing. pluperf. act. ind. of *mitto*, send, dispatch.

<sup>70</sup> I summoned them to me, *ad me vocavi*, explained the matter, *rem exposui*, what was to be done, *quid fieri*, was assented to by a sign, *placeret ostendi*.

<sup>71</sup> A very ancient town of the Sabines (*Lewis and Short*).

[3.6] *Interim tertia fere vigilia exacta,<sup>72</sup> cum iam pontem Mulvium magno comitatu legati Allobroges ingredi<sup>73</sup> inciperent unaque Volturcius, fit in eos impetus; ducuntur et ab illis gladii<sup>74</sup> et a nostris. Res praetoribus erat nota<sup>75</sup> solis, ignorabatur a ceteris. Tum interventu Pomptini atque Flacci pugna, quae erat commissa, sedatur. Litterae, quaecumque erant in eo comitatu, integris signis praetoribus traduntur; ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur. Atque horum omnium scelerum inprobissimum machinatorem, Cimbrum Gabinium, statim ad me nihildum suspicantem vocavi; deinde item accersitus est L. Statilius et post eum C. Cethegus; tardissime autem Lentulus venit, credo quod in litteris dandis praeter consuetudinem proxima nocte vigilarat.*

Meanwhile, when the third watch was ended, when suddenly the ambassador of the Allobroges with a large retinue, and the one Volturcius, were beginning to advance upon the Mulvian bridge, an assault was made against them, and, both by them and by us, swords were drawn; the affair was known to the praetors alone, the others were ignorant. Then Pomptinus and Flaccus came to intervene in the fight, that battle which had begun was calmed; whatever letters there were in the retinue were handed over to the Praetors with seals intact, they themselves were seized by me at dawn and were led away. And of them, I summoned the most wicked of all the criminal contrivers, Gaius Cimber, to me at once while he as yet suspected nothing. Next Lucius

<sup>72</sup> fem. abl. sing. perf. pass. part. of *exigo*.

<sup>73</sup> pres. act. inf. of *ingredior*, to advance, go forward, march, proceed.

<sup>74</sup> masc. nom. pl. Subject of the sentence, hence *ducuntur...gladii* = 'swords were drawn.'

<sup>75</sup> fem. nom. sing. perf. pass. part. of *nosco*, to get knowledge of, become acquainted with, come to know, learn, discern.

Statilius was also sent for and after him Gaius Cethegus ; Lentulus, however, came most sluggishly, because, I suppose, contrary custom, was awake the night before writing letters.

[3.7] *Cum summis et clarissimis huius civitatis viris<sup>76</sup> qui audita re<sup>77</sup> frequentes ad me mane convenerant litteras a me prius aperiri<sup>78</sup> quam ad senatum deferri<sup>79</sup> placeret, ne, si nihil esset inventum,<sup>80</sup> temere a me tantus tumultus iniectus civitati videretur, negavi me esse facturum ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem. etenim, Quirites, si ea quae erant ad me delata reperta non essent, tamen ego non arbitrabar in tantis rei publicae periculis esse mihi nimiam diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem celeriter, ut vidistis, coegi.*

When the most distinguished and honorable men of the citizens, who, having heard about the matter, had come to me as a crowd in the morning, at first it was preferable to me for the letters to be opened in order to give an account to the Senate, lest, if nothing were found it might appear such great tumult for the citizenry was caused by me, I denied that I would remove an important matter regarding public danger from public council. Indeed, Quirites, if those things which were reported by me were not found by

---

<sup>76</sup> *summ*is et *clarissimis*...*vir*is is masc. abl. pl. *huius*...*vir*is is fem. gen. sing. Thus : *summ*is et *clarissimis huius civitatis vir*is is *Synchysis*.

<sup>77</sup> *audita re* is fem. abl. sing. = 'having heard about the matter.'

<sup>78</sup> pres. pass. inf. o *aperio*, to uncover, lay bare.

<sup>79</sup> pres. pass. inf. of *defero*, to bring or give an account of, to report, announce, signify, state.

<sup>80</sup> neut. nom sing. perf. pass. part. of *invenio*, to come upon, find, meet with.

them, still I did not think in such great dangers to the Republic I could be to. I called a full assembly of the Senate, quickly, as you saw,

[3.8] *Atque interea statim admonitu Allobrogum C. Sulpicium praetorem, fortem virum, misi qui ex aedibus Cethegi si quid telorum esset efferret; ex quibus ille maximum sicarum numerum et gladiatorum extulit. Introduxi Volturcium sine Gallis; fidem publicam iussu senatus dedi; hortatus sum, ut ea, quae sciret sine timore indicaret. Tum ille dixit, cum vix se ex magno timore recreasset, a P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata et litteras, ut servorum praesidio uteretur, ut ad urbem quam primum cum exercitu accederet; id autem eo consilio, ut, cum urbem ex omnibus partibus, quem ad modum discriptum distributumque erat,<sup>81</sup> incendissent<sup>82</sup> caedemque infinitam civium fecissent,<sup>83</sup> praesto esset ille, qui et fugientis<sup>84</sup> exciperet et se cum his urbanis ducibus coniungeret.*

And, in the meantime, I at once, on the suggestion of the Allobroges, Gaius Sulpicius, praetor, a brave man, who was to remove from the buildings of Cethagus whatever weapons there were if any, from which he took a great number of daggers and swords. I introduced Volturcius without the Gauls, upon the order of the Senate I administered the public oath, I urged him to indicate without fear what he knew. Then he said when he had scarcely recovered from his great terror that he had orders and letters to Catiline urging him to use the help of slaves and to proceed with an army to the city at once. It

---

<sup>81</sup> *modum discriptum distributumque erat* is masc. acc. sing. perf. pass part.

<sup>82</sup> 3rd pl. pluperf. act. subj. of *incendo*, set fire to.

<sup>83</sup> 3rd pl. pluperf. subj. act. of *facio*.

<sup>84</sup> masc. / fem. acc. pl. pres. act. part. of *fugio*, to flee, fly, take flight, run away, make off.



was, however, according to a such a plan, when every part of the city, which was in a manner divided and distributed, had been set ablaze and a huge number of citizens had been killed, he should be ready to catch both those who were fleeing and to join up with those of his leaders in the city.

[3.9] *Introducti autem Galli ius iurandum sibi et litteras a P. Lentulo, Cethego, Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt, atque ita sibi ab his et a L. Cassio esse praescriptum ut equitatum in Italiam quam primum mitterent; pedestris sibi copias non defuturas. Lentulum autem sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis haruspicumque responsis se esse tertium illum Cornelium ad quem regnum huius urbis atque imperium pervenire esset necesse: Cinnam ante se et Sullam fuisse. eundemque dixisse fatalem hunc annum esse ad interitum huius urbis atque imperi qui esset annus decimus post virginum absolutionem, post Capitoli autem incensionem vicesimus.*

But when the Gauls were led in they said their oath and that letters from Publius Lentulus, Cethegus, and Statilius for their people had been given and in such a way to this by these and from Lucius Cassius were ordered to send as soon as possible a cavalry into Italy ; <sup>85</sup> an abundance of foot soldiers would not be lacking. They were furthermore assured by Lentulus that the oracles Sibylline, and the soothsayers, had replied that he was the third Cornelius to come; to whom the kingship and rule of this city was destiny: Cinna and Sulla were before him. And to the same it was said this

---

<sup>85</sup> And in such a way, *atque ita*, to them, *sibi*, from these, *ab his*, and to Lucius Crassus, *et a L. Cassio*, were ordered, *esse praescriptum, ut*, so as, to as soon as possible, *quam primum*, send, *mitterent*, a cavalry into Italy, *equitatum in Italiam*.

year was fated to destroy this city and the empire which was the tenth year after the acquittal of the Virgins, and the twentieth since the burning of the Capitol.

[3.10] *Hanc autem Cethego cum ceteris controversiam fuisse dixerunt quod Lentulo et aliis Saturnalibus caedem fieri atque urbem incendi placeret, Cethego nimium id longum videretur. Ac ne longum sit, Quirites, tabellas proferri<sup>86</sup> iussimus,<sup>87</sup> quae a quoque dicebantur datae. Primo ostendimus Cethego; signum cognovit. Nos linum incidimus, legimus. Erat scriptum ipsius manu Allobrogum senatui et populo sese, quae eorum legatis confirmasset, facturum esse; orare ut item illi facerent, quae sibi eorum legati recepissent. Tum Cethegus, qui paulo ante aliquid tamen de gladiis ac sicis, quae apud ipsum erant deprehensa, respondisset dixissetque se semper bonorum ferramentorum studiosum fuisse, recitatis litteris debilitatus atque abiectus conscientia repente conticuit. Introductus est Statilius; cognovit et signum et manum suam. Recitatae sunt tabellae in eandem fere sententiam; confessus est. Tum ostendi tabellas Lentulo et quaesivi, cognosceretne signum. Adnuit. 'Est vero', inquam, 'notum quidem signum, imago avi tui, clarissimi viri, qui amavit unice patriam et cives suos; quae quidem te a tanto scelere etiam muta revocare debuit.'*

But they said Cethegus had this dispute with the others because Lentulus and others thought it best that murder be done and the city be burned on Saturnalia; to Cethegus it appeared much too far off. And not to make a long story of it, Quirites, we ordered the records, which they said they were given, be produced. First to Cethegus we presented,

---

<sup>86</sup> pres. pass. inf. of *profero*, to carry out, bring forth, produce.

<sup>87</sup> 1st pl. perf. act. ind. of *iubeo*, order.

he recognized his seal. We cut the string, we read; it was written by his own hand to the Senate and people of the Allobroges that he was about to do what to their envoys he had promised he would do. He likewise asked that they in like manner do what they of their ambassadors had received. Then Cethegus, who was asked something about the swords and daggers which had been seized at his home a little while before, responded and said he had always been zealous for fine steel, and upon reading from the letters, enfeebled and sticken by this knowledge, suddenly fell silent. Statilius was introduced; he acknowledged both his seal and his hand writing. The reading of the records was in the same sentiment, he confessed. Then to Lentulus the records were shown and he was asked whether or not he recognized his seal, he nodded. "It is indeed," I said, "a noteworthy seal," a likeness of your grandfather, a most distinguished man, who deeply loved the fatherland and its citizens. This, though mute, ought indeed call you away from such a crime."